DESIDERII HERALDI

QVÆSTIONVM QVOTIDIANARVM TRACTATVS.

EIVSDEM

OBSERVATIONES

AD IVS ATTICVM ET ROMANVM,

IN QVIBVS

CLAVDII SALMASII

MISCELLÆ DEFFENSIONES,

EIVSQVE SPECIMEN EXPENDVNTVR.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

DESIDERII HERALDI

QVÆSTIONVM QVOTIDIANARVM TRACTATVS

EIVSDEM

OBSERVATIONES

AD IVS ATTICVM ET ROMANVM,

IN QVIBVS

CLAVDII SALMASII

MISCELLÆ DEFFENSIONES.

EIVSQVE SPECIMEN EXPENDVNTVR.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

PARISIIS,

Sumptibus { GERVASII ALLIOT, in Palatio, propè ædem D. Michaëlis:
Et
CAROLI CHASTELLAIN, viâ Iacobæâ ſub ſigno Temporis, Occaſionis, & Conſtantiæ.

M. DC. L.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ISAACIVS HERALDVS D. F.

ÆQVO LECTORI S.

HOc opus ab Authore eſſlagitarunt præſtantiſſimorum Virorum quotidiana monita, eaque, vt illi exiſtimabant ratione publicâ ſubnixa: Videbant enim doctiſſimi & integerrimi Iudices, quorum Sententiæ rem totam committebat ὁ Μαγγελίων, hic explicari pleraſque Leges, quarum cognitio videtur apprime vtilis, & pene neceſſaria. Addebant in hiſce Animaduerſionibus ad ius Atticum & Romanum eſſe compluria grauiſſimorum Scriptorum loca, priſtinæ integritati reddita, & præclara alia eruta quæ ad rem Forenſem pertinerent. Eorundemque conſilio; Quæſtionum Quotidianarum opus attexuit, illudque plane Pragmaticum, & vſui Forenſi accommodatum, id enim præcipuè ſpectabat quod Ciuilem Scientiam promouere valeret. Victus tandem Sapientiſſimorum Virorum frequentioribus adhortationibus, opus ad vmbilicum perductum, Typographorum curæ credidit, & vela ventis commiſit. An ἀγαθῇ τύχῃ? aliorum eſto iudicium, θεῶν δ' ἐν γούνασι κεῖται. Veram ergo cauſam, quâ fuit ad hæc omnia ſuſcipienda impulſus, breuiter aperuimus: ſi quæ ſit alia, ea non eſt prima & potiſſima, exiſtimabat enim illud è Tripode ipſo veriſſimè editum βέλτιον εἶναι καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν. Quæ verò prior laceſſitus Πολεμικὰ tractauit, ea ſunt minima pars harum Exercitationum, quas nullo odio priuato, ſed ſolius veritatis ſtudio elucubrauit. Septimum deinde librum addidit, in huius voluminis calce poſitum, ibi ἐν Παρέργῳ propriam cauſam agit, quodam enim ſpecimine viri, quem antea ſedulo amabat, exacerbatus, rurſus inuitus in arenam deſcendit. Quàm neceſſariò id fecerit,

RERVM, ET QVÆSTIONVM IVRIS QVOTIDIANARVM LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De ſpurijs & naturalibus liberis, & an ij à materna hereditate legitima ſubmoueantur in prouincijs, quæ iure Romano reguntur.

1. *Quare ab hac quæſtione potiſſimum auctor obſeruationes ſuas inchoauerit.*
2. *Liberi naturales qui, & quare ita dicti.*
3. *Virorum doctorum error, qui naturalium liberorum appellationem ante Conſtantinum fuiſſe incognitam exiſtimarunt.*
4. *Non eos ſolos, qui in ſeruitute naſcebantur, naturales fuiſſe appellatos, quæ eſt quorundam opinio.*
5. *Examinatur l. Naturalis. 7. D. De confirm. tut. atque eam de filio in concubinatu nato intelligendam oſtenditur. Tutorem à patre datum filio naturali, cui nihil reliquit, ſine inquiſitione non confirmari, & quare. Tutorem à patre, filio, qui eſt in poteſtate, item emancipato, tutorem datum confirmari ſine inquiſitione.*
6. *Species l. Lucius Titius. 45. D. De vulg. & pup. ſubſt. Patrem filio naturali impuberi pupillariter ſubſtituere non poſſe.*
7. *Emendatum aliquid in l. vlt. D. De iur. delib. Filij appellatione, quando libertinus contineretur.*
8. *Filius ex patre libero, & matre ſerua natus, atque ab eo manumiſſus, libertinus. Quomodo legitimus factus.*
9. *Verus filius, qui in matrimonio natus. Filium naturalem appellatione filij non ſemper contineri, ſed ex coniectura voluntatis.*
10. *Non de eo tantum, qui in concubinatu natus, ſed & qui in ſeruitute, id eſſe intelligendum. Emendatum aliquid in l. In facto. 17. §. 4. D. Ad SC. Trebell.*
11. *In l. Lucius Titius. 88. §. vlt. De leg. 2. filiorum appellatione in contubernio natos contineri ex manifeſta teſtatricis voluntate. Aliquid in ea l. ſuſpectum.*
12. *Concluditur, ante Conſtantinum etiam in concubinatu natos, dictos naturales.*
13. *Quare dictum à Iuſtiniano ante Conſtantinum naturalium liberorum nullam à legibus habitam rationem. Quomodo liberis naturalibus conſuluerit Conſtantinus, [illegible] quid, & in* ADIECTIS, 17.
14. *Quod conſtitutum eſt à Conſtantino in l. 1. C. De nat. lib. non pertinere ad Nouellæ 89. obſeruationem.*
15. *Nihil qui, & in adiectis, 18. Concubina, quæ, & quomodo habita: quæ palam cum viro degebat tanquam eius concubina, atque ea ſola, cum is quoque nullam vxorem legitimam haberet, in adiectis, 19. 20. 21. 22. Concubinatum olim fuiſſe permiſſum, & in* ADIECTIS, 21.
16. *Nullos nunc eſſe proprie liberos naturales. Illegitimos omnes baſtardorum nomine appellari apud nos. Errore inuectum, vt nati ex ſtupro ſoluti, & ſolutæ naturalium liberorum appellatione hodie cenſeantur. Spurij qui patrem non habent, aut eum habent, quem habere non debent. Spurij ingenui, & ingenui naturales.*
17. *An quæ de naturalibus ſunt conſtituta, natis ex ſoluto, & ſoluta applicari poſſint.*

DESIDERII HERALDI

OBSERVATIONES

AD IVS ATTICVM ET ROMANVM,

IN QVIBVS

CLAVDII SALMASII

MISCELLÆ DEFFENSIONES,

EIVSQVE SPECIMEN EXPENDVNTVR.

PARISIIS,

Sumptibus { GERVASII ALLIOT, in Palatio, propè ædem D. Michaëlis:
Et
CAROLI CHASTELLAIN, viâ Iacobæâ ſub ſigno Temporis, Occaſionis, & Conſtantiæ.

M. DC. L.

CVM PRIVILEGIO REGIS.